



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt nemo contra canones esse præsumat. ix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

sentientes comitibus, & iudicibus ad iustitias faciendas, & ut nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur.

*De secularibus Ecclesiam vel clericum iniuste calumniantibus. Caput V.*

**S**I quis seclarium pro calumnia Ecclesiam aut clericum *Ex concil. Agathē, cap. 32.* fatigare tentauerit, & eiectus fuerit, ab Ecclesiæ limitibus, & catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur.

*Ut contemptores canonum excommunicentur. Caput VI.*

**U**t laici contemptores canonum excommunicentur: *Ex concil. Carthag. cap. 15.* clerici honore priuentur.

*De præuaricatoribus diuinarum legum. Cap. VII.*

**S**iquis publicus diuinæ legis præuaricator, vel pro manifestis criminibus sanctorum canonum contemptor repertus fuerit, ac sanctorum patrum constitutionibus con- *Ex concil. apud Laurentiacum, cap. 10.* tradictor, & si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.

*Quod non liceat Imperatori, vel cuiquam potentum, aliquid agere contra diuinum mandatum. Caput VIII.*

**N**on licet ergo Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata diuinitatis præsumere, nec quicquam quo Euangelicis propheticiq; seu apostolicis regulis obuietur, agere. Iniustum enim iudiciū, & diffinitio iniusta, regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata non valeat: nec quicquam quod contra Euangelicā & propheticā, aut apostolicā doctrinam, constitutionemq; eorum siue sanctorum patrum actum fuerit stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, in uino cassabitur.

*Ut nemo contra canones esse præsumat. Cap. IX.*

**U**t constitutiones contra canones & decreta præsum- *Ex concil. Triburi. cap. 10.* lum Romanorum, vel bonos mores nullius sint momenti.